

1197 in pace. Amen. Computantur autem ab electione ipsius
usque ad diem mortis sue anni sedecim et semis.¹ Sed
de his hactenus satis.

(1) Porro sicut supradictum est ~~Wlad~~ Wladislaus) sublevatus
in ducem regnavit ab octavis sancti Viti usque ad festum
Reg. 28 sancti Nicolai. Interea mortuo in Apulia² imperatore Henrico
dominus Prunizel et sui fautores, videlicet Scirmen et alii
procedunt P multi eius morte comperta procedunt¹ versus Pragam armati
parati aut mori, aut optinere panem sibi et domino suo Wlad
Prunizel principatum. Quorum in occursum progressus
Wladislaus dux cum episcopo suo, cum abbatibus et aliis
boni consilii viris, licet haberet incomparabilem miliciam,
cessit tamen hinc propter bonum pacis, inde propter affec-
tum germanitatis et confederatus et germano suo sub tali
forma compositionis, ut ambo pariter ille in Moravia, iste
in Boemia principarentur et esset ambobus, sicut unus
spiritus, ita et unus principatus, quod usque hodie inter
eos illibatum manet. ³

A fol. P 1198 Anno ab incarnatione Domini M^o C^o XC^o VIII^o Philippus dux Suevie,
frater imperatoris Henrici defuncti nec non et Otto filius Henrici,
ducis quondam Saxonie, per consensionem sibi usurpant im-
perium et imponentes sibi singuli coronas, Otto Aquisgranum per
Coloniensem⁴, Philippus Maguntie per Maguntinum⁵ archiepisco-
pos consecrantur et quilibet eorum adiacentes sibi provincias

- 1) ft. Mart 12 14 März 30.
- 2) Bildung in Muffina.
- 3) Hof. Cond. Admunt. SS IX, 588 f. Baumann I, 384 legt die vorliegenden
den nachstehenden folgenden ab die Handlung, H. K. 1896,
T. 47 darüber gibt.
- 4) Orloff 5) Bildung eines Armo v. Landoth. Konrad v.
Münz nach der nicht vom Königin zurückgelegt.
- 6) T. oben v.